



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro
singulis Anni diebus**

Complectens Januarium, Februarium, Martium

Nepveu, François

Monachii, 1709

Dies 8. De judicio particulari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60495)

Statue nullam diem vitæ prætermittere, Januarius.
qua mortis sis immemor. Dic tibimet ipsi, dum
manè è lecto te proripis: Heu me! Vesperum for-
tasse non video. Dic tibi, cùm vespere cubitum
concedis: Heu me! forsan è lecto isto, quem nunc
conscendo, non surgam amplius.

Memorare novissima tua, & in æter-
num non peccabis. Eccli. 7. v. 40.

Beatus, qui horam mortis suæ semper
ante oculos habet. Imit. Christi l. 1. c. 23.

D I E S. VIII.

De iudicio particulari.

I.

Id, quod mortem reddit terribilem, est ju-
dicium, quod eidem succedit. Id,
quod judicium terribile reddit, est examen,
quod judicium præcedit. Examinabun-
tur hic peccata, quæ admisimus; bona,
quæ omisimus; bona ipsa, quæ malè feci-
mus. Anima à corpore suo sejuncta sta-
tuetur tunc temporis coram Tribunalu
m iudicis sui examen subitura. Sed quis ju-
dex? sed quale examen? Is animæ ostendet
peccata ipsius non in falso sensuum ipsius,
vel animi affectionum lumine, sed in lumi-
ne ipsiusmet veritatis. Ipsa de illis idem,
quod Deus, sentiet. quæ mutatio! vide-

Januarius.

bit illa non amplius suis ignorantibus obscurata , non animi affectionibus fucata, non vanis obtentibus excusata , non falsis rationibus probata : sed talia , qualia sunt in seipsis. Videbit ea non amplius aspectu confuso & superficiario , sed distincta , sed singula cum omnibus adjunctis. At quænam sunt hæc adjuncta ? magnitudo Beneficiorum, quæ à DEO accepit , & quibus tam perverse abusa fuit ; multitudo lumenum , & gratiarum , quibus fuit præventa , quásque ipsa fuit aspernata ; sanctitatis status , vel religiosi , vel christiani , ad quem à DEO vocata fuit , quémque ipsa prophaniavit ; media tuta & facilia , quæ habuerat , salutem æternam consequendi , quæ etiam neglexit ; Patientia , qua D̄eus ip̄hus peccata toleravit , & qua ipsa fuit abusa . Quæ adjuncta omnia peccatum augebunt ; & quantum peccatori horrorem incutient ?

II. Examinabitur homo non de malo duntaxat , quod fecit ; sed etiam de bono , quod non fecit. Multi æternūm damnabuntur in iudicio DEI non propter peccata , quæ commisere , sed propter bona , quæ omisere. Si verò nihil fecerunt , inquis , propter quid condemnabuntur ? & ego vicissim ex tequero : si nihil fecerunt , propter quid remunerabuntur ? interea medium

dium tenerinon potest. Meremürne mer- Januarinus.
cedem, si nihil egerimus ? Præterea, an
non ingens malum est, nihil agere pro Deo,
qui, tanta pro nobis egit & passus est ? an
non ingens malum est, nihil agere, cùm
Deus laborare nos jubet ? an non servus de-
sidiosus culpæ reus est ? an insontem esse
credis, si tibi dicit, se nihil fecisse, cùm
tamē servire teneatur ? atque hanc ipsam ob-
causam illum punis. Ac propter hanc e-
tiam Deus in judicio suo te condemnabit :
an non jure hoc facit ? an conqueri potes ?

III. In hoc judicio homo examinabitur
non solummodo de bono, quod omisit ;
sed & de bono, quod fecit quidem, non
verò bene fecit ; nam bonum facere sati-
non est, sed id bene quoque facere oportet.
Ut actio quædam bona sit, necesse est, ut
ei nihil desit, nec in ejus principio, nec in
eius fine, nec in re, circa quam versatur,
nec in adjunctis. Quot sunt, in quibus
hæc omnia inveniuntur ? quam leves de-
prehendentur actiones esse, si pondere san-
ctuarij fuerint examinatae ? unica circum-
stantia, unicus hominum respectus, unica
proprij comodi habita ratio totum fædere,
& è materia meriti materiam æternæ dam-
nationis reddere possunt. Ego justitas ju- *Psal 74*
dicabo ; dicit Dominus. Et Ierusalem ip-

24 *Considerationes Christianæ*

Januarius.

Sophon. I.

Prov. 4.

Job. 9.

sa, nimurum animæ justissimæ indignationem meam non effugient. sunt viæ, inquit spiritus sanctus, quæ Videntur homini justæ; interea deducunt ad infernum. Job propter opera sua sanctissima trepidabat; idcirco, quod Deus illorum futurus esset iudex, metuebat sibi, ne Deus inveniret aliquid, cuius ipsum condemnaret in omnibus illis, quæ ad se purgandum esset al-laturus. Si vir tam justus trepidabat, cur nos, qui grandium sumus peccatorum rei, adeò tranquilli sumus?

Præverte hujus examinis & judicij severitatem, sollicitè temetipsum examinando, & rigidißimè judicando.

Iusticias judicabo. Psal. 74. v. 3.

Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remorâ misericordiâ, discutias eam. Aug.

D I E S IX.

De inferno.

De penarum aeternitate.

I.

MAXIMA mala, si brevia sunt, modica re-pntrari debent. At mala levissima grandia evadunt, si diurna sunt. si ve-ro sunt æterna, mala sunt infinita. Quan-tum